FR. ANTONIUS LIGI-BUSSI URBINAS
ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM
DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA
ARCHIEPISCOPUS ICONIENSIS
ABBAS COMMENDATARIUS S. LAURENTII EXTRA MOENIA
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
PRAELATUS DOMESTICUS PONTIFICIO SOLIO ADSISTENS
ALMAEQUE URBIS VICESGERENS

Universis, et singulis praesentes litteras inspecturis fidem facimus, atque testamur, quod Nos, ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, suorumque Sanctorum venerationem recognovimus sacras particulas ex *Velamine Capillis S. Petri Apostolorum Principis, ex Columna Decollationis S. Pauli Ap. et ex Sepulcro S. Joannis Ap. et Ev.*

quas ex authenticis locis extractas, reverenter collocavimus in theca *ex aurichalco argentato ovalis formae* — *unico* crystallo munita, bene clausa, et funiculo serico coloris rubri colligata, ac sigillo nostro signata, easque consignavimus *R. D. Fruchon* — cum facultate apud se retinendi, aliis donandi, extra Urbem transmittendi, et in quacumque Ecclesia, Oratorio, aut Cappella publicae Christifidelium venerationi exponendi. In quorum fidem has litteras testimoniales manu nostra subscriptas, nostroque sigillo firmatas per infrascriptum nostrum Secretarium expediri mandavimus.

Romae ex Aedibus nostris Die *22* Mensis *Maii* Anni MDCCCLVII.

Fr. A. Archiep. Iconien. Vicesg.

Vidimus et authenticas agnovimus, Permisimus que ut in Ecclesia B. M. D. Sanctae Cruc[illegible] fidelium venerationi exponantur.
Cenomanis Die 16 Junii 1857.
+ Jacobus Ep. Cenoman.

GRATIS

Joseph Gaggi a Secretis

3088